SPECIMEN RECOGNITIONIS
nuper editarum
OBSERVATIONUM ASTRONOMICARUM

Nobilissimi Viri
TYCHONIS BRAHE,
In quo recensentur insignes maxime errores in editione Augustana
HISTORIÆ COELESTIS
Anni M.D.LXXXII.
ex collatione cum Autographo
SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS
FRIDERICI III.
Daniæ & Norvegiæ Regis &c.
animadversi ab
ERASMIO BARTHOLINO
Mathematico Regio.

HAFNIÆ,
Prostat apud DANIELEM PAULLI, S. R. M. Bibliopolam.
Literis HENRICI GÔDIANI, Reg. & Acad. Typog.



AUGUSTISSIMO REGI

FRIDERICO TERTIO

DANIÆ NORVEGIÆ VANDALORUM GOTHORUMQUE

REGI

DUCI SLESVICI HOLSATIÆ STORMARIÆ ET DITHMARSIÆ, COMITI IN OLDENBURG ET DELMENHORST.

AUGUSTISSIME REX

TAndem Regia indulgentia freta, Te orbis Arctoi Monarcha, Danica ab interitu vindicabitur Urania. Qvicqvid mali præcedentium

annorum negligentia Obſervationibus Tychonicis inflixerat, Majeſtatis Vª. Regia cura ſanavit; cui ad remedium ſalutemq́; ſuffecit ut ſciret. Et ſicuti maris cœliq́; temperiem, turbines tempeſtatesq́; commendant: ita ad augendam Auguſtæ munificentiæ gratiam, injuriam, quam variis occaſionibus paſſæ ſunt hæ Obſervationes Aſtronomicæ, præceſſiſſe credimus. Exſpectatum eſt optatiſſimum hoc tempus, in qvo liqveret, qvid contra fortunam Regia virtus poſſit; qvàm benè jam de rebus Aſtronomicis ſit ſperandum; qvas maximis difficultatibus Natura circumſepſit;

ſcepſit, neq; eo perveniendi facultatem Brahæo noſtro reliqviſſet, niſi Regia liberalitate adjuto. Cui ſummæ Majorum pietati, ultimum jam complementum defers, atq; illuſtriſſimi argumenti beneficium ſummis ingeniis offers. Converſa eſt iniqvitas in gratulationem, injuria in votum. Vellem me hac pagina oſtendere poſſe qvicqvid deſiderii, ſpei, votorum, pro hiſce obſervationibus fuderat publicus aſſenſus; facilè conſtaret, quo modulo metiantur tam alta ſtudia ſapientes; qvàm grata mente indulgentiam hanc agnoſcant, æſtiment, prædicent. Pravus eſt interpres

 be-

beneficiorum, qvisqvis non agnoſcit Aſtronomiæ incrementa eſſe ab hoc rore obſervationum, ab imbre Regni Danici. In animis hominum dudum triumphant, faſtosq; vel invitos ornarunt. Nam etſi multorum deliciis ea diſplicere intelligam, exiſtimantibus mortales hæc nulla cum reprehenſione poſſe neſcire; tamen, animis tam anguſtis, & incapacibus variarum rerum qvibus circumfluunt ex hoc ſolo fonte manantium, qvæq; ſeqventis ævi virtutibus materiem pandent, Maximorum Regum ſedulitas & ſolicitudo rerum Aſtronomicarum, exprobrabit tantam oſcedinem. Reli-

qvi

qvi qvoq; parcissimi harum æstimatores, qvi remissius celebrare, aut variis artibus Brahæanis laboribus invidenter detrahere non verentur, ipsa dissimulatione famæ famam augebunt, æstimantibus qvanta futurorum spe, tam magnis rebus invideant. Ego omnibus officiis obseqvij à me sanctè servatis, ne id qvidem prætermittendum duxi, tenui specimine per orbem terrarum legendum dare hoc exemplum, ad qvod redivivo cultu ut insigniantur Observationes Astronomicæ Nobilissimi Viri TYCHONIS BRAHE, sollicitè allaborem; qvæ, ut felici auspicio Serenissimi Regis FRIDERICI

SE-

SECUNDI olim peractæ, ita feliciori nunc complemento, ab erroribus, sqvalore & interitu vindicandæ, atq; universæ tandem opportunè publicandæ, maximo beneficio Augustissimi Regis FRIDERICI TERTII, qvi Daniæ sit diuturnum bonum & sempiterna felicitas. Ita vovebat

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS

Hauniæ die 29. Januar. Ann. M. DC. LXVIII.

subjectissimus

ERASMIUS BARTHOLINUS
Regius Mathematicus.

SPECIMEN RECOGNITIONIS OBSERVATIONUM ASTRONOMICARUM NOBILISSIMI VIRI TYCHONIS BRAHE.

NEmo ferè est mortalium, qui non existimet licere animi sui judicium de aliorum factis atque scriptis intrepidè expromere, atq; ad ea censenda satis ingenii habere. Horum non paucos tam sinistra in lucem natura extulit, ut ab omnium reprehensione & vituperio sibi temperare nequeant, hosq; stultitiæ, illos verò vanitatis aut impudentiæ condemnent, &, ut putentur sapere, cœlum vituperent; paucissimi verò tam benevolo animo sunt, ut suæ cujusq; laudi faveant, benignè de aliis, & de se quàm modestissimè sentiant. Quam legentium austeritatem, & inemendabile fastidium dum respicio, mirari subit aliquà etiamnum vigere studia, proferreq; se ingenia hominum, quæ tantùm proventum rerum curiosarum identidem afferant. Ea tantum facta minus carpuntur, quæ in obscuritate & silentio reponuntur. Verùm admoneri me ab æquis rerum arbitris sentio, mul-

tos,

tos, ſub hac exceptione veniam otii ſui poſtulare, atq; ſegnitiem non rarò hanc figuram queremoniæ imitari, ut videatur tantum recedere ab invidia, quantum receſſit à laboribus. Quippe quis ignorat, nullius eſſe vel ingenii, vel felicitatis, omnium exſpectationi ſatisfacere, etiamſi omnia ſecula in rerum conſideratione ponantur? Et, cum homines nos eſſe meminerimus, imprudentia videtur, eandem fortunam, quam omnes alii, qui ea qua nos nati ſunt conditione, ferunt, quamq; nullo conſilio vitare poſſumus, recuſare. Ipſa ideo Natura, hanc rebus impoſuit legem, ut nulla ſit ars, quæ non à vilioribus principiis initium ſumpſerit. In magnis rebus, ipſa utilitatibus publicis addicta voluntas, eſt laudanda. Et ſicuti ſpontanea eſt Summi Numinis benignitas, à quo ultro fluunt ad probos juxta ac improbos, inexſpectatæ benevolentiæ munera; ita generoſæ quoq; mentes inexorata beneficia præbent vel ingratis. Quocirca, in Recognitione præſenti editarum obſervationum Tychonis Brahe, nemo exiſtimet velim, me vel invidiæ, vel odii, vel ullo præpoſteræ mentis inſtinctu, hæc publicis uſibus deſtinaſſe, aut ullo laudis Lucii Baretti, ſive R. P. Alberti Curtii detrimento,

A hasce

hasce emendationes aggressum esse. Illos detestor, qui ægrè aliorum, sine contemptu aut convitio meminisse solent, & cum ipsi honestati, tum aliquantò magis gloriæ, ejusq; prædicationi invident Applaudo eximiis conatibus, & summa laude dignos judico, quibus est adhuc curæ officium publicum, atq; defunctorum quoq; amicos agunt. Sed, cum in magnis ponam dispendiis, tum imperfectionem operis, tum multos magnosq; errores, qui frequentius irrepserunt, partim exscriptorum, partim Typothetæ incuria, publici emolumenti referre existimavi, ea de re Lectores paucis admonere, ut conatibus Astronomorum aliquid addatur adjumenti, eorumq; præsertim studiis, qui supputationibus dediti, infiniti laboris & infructuosi calculi tædium experiri opus haberent, erroneis fisi observationibus; deniq; ut pollicitatione perfectioris alicujus editionis spes publicas alerem. In qua tam justa, certaq; publici boni æstimatione tenebo hoc temperamentum, ut sicuti in omnibus actionibus velim existimationi hominum pietas & obsequium, in hac etiam fides nostra subjiciatur.

Non multi effluxerunt anni cum copiosissima Bibliotheca Sacræ Regiæ Majestatis FRIDE-

RICI III. Daniæ & Norvegiæ Regis Clementissimi, augeretur Mls. Autographis Observationum Tychonis Brahe. Solicitius ab eo tempore omnes tum intendi curas, ut juxta hoc Autographum quàm correctissimè & elegantissima forma ederentur. Nempe hoc desiderium conceperat obsequium, quod Augustissimo Regi devotissimè debebatur, quippe cui nullum temporis punctum beneficio publico sterile, aut vacuum laude, etiam utilitatem hujus operis & pulchritudinem seculo suo existimavit dignissimam, mihiq; ejus editionem, ne sine fructu posteritatis diutius desideraretur, clementissimè commisit. Vivit adhuc fama Arcis Uraniburgi, nec ventura silebunt secula gloriâ Serenissimi Regis devotissimæ recordationis FRIDERICI II. cujus auspiciis & splendidissimis sumptibus, fundatum fuit illud Uraniæ domicilium, ubi peractæ sunt hæ observationes; licet malevolorum qvorundam, qvos ita cæcos nescio quæ res protulit & concinnavit invidia, ut hoc patriæ decus desererent, odio, post fata Clementissimi Regis interruptæ. Qvis ignorat qvæ pericula, qvantasq; tempestates tum subierint, qvorum omnium malorum culpam sola fortuna sustinet, qvo plures gravioresq; nobis

cau-

causas relinqveret, tum doloris, tum gratulationis? Afficior qvidem summo dolore, tam difficilia tempora hanc Regiam FRIDERICI II. munificentiam consecuta esse; verum, cum omnibus fortunæ telis proposita sit vita nostra, maximè raris virtutibus invidetur; eventisq; aliorum memoria repetendis, nihil accidisse hic novi cogitemus. Gratulamur verò nostris temporibus, qvibus qvæ gremio recepit diu Germania, nunc multiplicata restituit. Illa superioris seculi injuria illustrabit Regiam in literas liberalitatem Augustissimi Regis FRIDERICI III. cui, quantum fuerunt, quantum fecerunt, quantumq; meruerunt Majorum fastigia, contulit Divina benedictio. Aureum hunc variarum Scientiarum Hydrographiæ, Chronologiæ, Geographiæ, & reliquarum, quæ Astronomicis observationibus debent felicitatem, Thesaurum, tam alti beneficii Patrii emolumentum, jussit sperare incolumem futurum; dignus cujus Regimen tantæ Munificentiæ ferat fructum, atq; pristinum Daniæ decus, gliscente quotidie novarum rerum admiratione augeatur. Inaudiveram ante aliquot annos incœptam harum Observationum publicationem

Augustæ Windelicorum, cujus specimen jam pridem ad manus meas pervenerat, observationes nempe editæ Anni MDLXXXII. Anxium me reddidit prima fronte hoc principium, quippe non ignarus eram ante istud tempus multas peregisse Brahæum Observationes. Cum autem operæ Typographi non satis celeriter ex voto meo procederent, illa ipsa cunctatio non modo spem dubiam mihi reddidit, sed & editionis desiderium intenderat. Tandem magna me vis animi inflammavit, una cum hisce observationibus Msis. reliqua opera Tychonis Brahæi, partim nondum excusa, partim quidem publicata, sed vel vitiosè impressa, vel non venalia apud Bibliopolas, prelo commendare. Magnum opus omnino & arduum conatus sum, sed qvia nihil difficile amanti putavi, aggressus sum, non tam experiendi voluntate, quàm animo perficiendi. Inter hæc ad umbilicum perducitur cœptum opus Historiæ Cœlestis, quæ complectitur observationes annorum unius de viginti. Quo viso, speraveram me hoc tam immenso labore potuisse supersedere. Verùm, facta diligenti observationum ullius anni collatione cum Regio Msº, animadverti Idem adhuc Astronomos mansu-

 rum

rum desiderium, quod vel meam, vel alterius intendat limam. Desiderantur enim observationes ab Anno 1563. ad Annum 1582. nec non integri Anni 1593. reliquorum quoq; annorum quæ publicatæ sunt observationes, non levibus abundant erratis. Non est quod quis ambigat de Regii Mss[i]. auctoritate & fide, quippe quod illud primigenium est & Autographum, unde descripta fuere illa Volumina, quæ in Bibliotheca Cæsareæ Majestatis reservantur, de quo ipse Tycho Brahæus in Mechanicorum opere ita disseruit Anno cIɔ Iɔ IIc. *Peractæ autem sunt hac ratione XXI. annorum sedulæ observationes, quas primum in Magnis Voluminibus conscriptas, postea seorsim in singulos libros pro quolibet nimirum anno distribui & ad mundum describi curavi: idq; tali ordinatione peregi, ut Stellæ Fixæ seorsim, quotquot illo anno denotatæ fuerunt suum haberent locum. Planetæ verò omnes proprium peculiariter & distinctè, incipiendo à Sole & Luna ac per reliquos quinq; Planetas transeundo usq; in Mercurium.* Deinde, *quare cum XXI. annorum selectissimas & accuratissimas observationes, variis & affabrè elaboratis organis, quæ in antecedentibus ostendimus, cœlitus conquisitas in promptu habeam (ut nihil nunc de 14. antecedentium annorum animadversionibus dicam) eas rarissimi & pretiosissimi thesau-*

ri loco custodio: quas tamen cunctas, aliquando forte publici juris faciam, ubi adhuc plures iis adjungere Divina concesserit Clementia. Ex quibus omnibus liquet, me inde à decimo sexto ætatis anno siderum observationibus adsuevisse, easq; per annos penè continuos 35. hucusq; continuasse, inter quas tamen aliæ sunt aliis certiores & præstantiores. Nam eas qvas Lipsiæ in pueritia & usq; ad annum ætatis vicesimum primum peregi, pueriles & dubias appellare soleo. Qvas verò postea usq; in vicesimum octavum annum adeptus sum, juveniles & mediocriter se habentes voco. Tertias autem qvas postmodum Uraniburgi exactissimis illis instrumentis in maturiore ætate per 21. ferè annos usq; in ætatis completum qvinqvagesimum maximè dimensus sum, viriles, ratas, & certissimas appello & censeo. Qvibus etiam potissimum Astronomiæ redintegrationem fundare atq; extruere arduis conatibus enitor; licet & nonnullæ ex præcedentium annorum Observationibus huc non parum conducant. Hæc sunt ergo illa ipsa Volumina Mss[a]. Observationum Astronomicarum autographa, quæ patriam receperunt; atq; Augustissimo Regi **FRIDERICO III.** totam jam existimationem fortunamq; commendant suam, ut multis injuriis jactata atq; agitata, novos resumant spiritus, ac Regia liberalitate tandem recreentur. In quibus pleræq; observationes priorum præsertim

anno-

annorum, manu ipſius Tychonis Brahe leguntur conſignatæ, multæ tamen manu Longomontani, Witichii, ejusq; domeſticorum. Titulus quoq; ſcripturam manus Brahæi præfert his verbis: *Obſervationes Aſtronomicæ Uraniburgi in Inſula Hvæna habitæ, qvales tunc temporis cum cœlitus acciperentur raptim & ſubito ductu in hiſce pagellis annotatæ ſunt, ut poſtea in alio libro, ordine certo & meliore ad mundum deſcriberentur.* Ergo ſi quæ fides deferenda eſt Brahæanis Obſervationibus Aſtronomicis, ex hiſce Voluminibus autographis & primigeniis haberi debet, inde quippe deſcripta fuere reliqua, quæ in Bibliotheca Cæſareæ Majeſtatis reſervantur, in quibus Obſervationes in meliorem ordinem, juxta annorum ſeriem ſunt redactæ. Atq; hoc eſt illud quod Johannes Kepplerus libro de Nova Stella Cygni pag. 158. vocat Protocollum Obſervationum, & chaos obſervationum uti illæ ſingulis noctibus conſcriptæ fuere ſine ordine. Complectuntur autem hæc Volumina, peractas ab Anno Chriſti 1563. ad Annum 1601. obſervationes. quorum ſeptem forma majori viſuntur, in folio vocant; unum quartæ, atq; alterum octavæ chartæ partis magnitudine; quæ addito uno Volumine Obſerva-

 tio-

tionum Cometarum in quarto, decem numerantur. Jam ipsa errata quod attinet, vix verbis exsequi possum, quantam eorum observaverim copiam; adeò ut, nulla sit pagina, quæ non pluribus scateat; atq; eorum pleraq; non levioris momenti, quippe quæ Lectorum benignitati & industriæ emendanda relinqvuntur, verum ejus notæ, ut incertos reddere possint Astronomos de veritate omnium editarum observationum. Neq; enim alia res magis exquisitam requirit in editione operam, quàm Mathematica, hisq; virtutibus maximè censentur Astronomicæ Observationes: nam in istis, quæ numeros scrupulosè sectantur, ubi nonnulla labant, de omnibus dubitatur. Nescio cujus otii esset, non modo perscribere omnia, sed omnino animadvertere, præsertim cum spes affulgeat, hæcce observationum Volumina una cum reliquis Auctoris operibus aliquando correctiora proditura. Unius tantum anni 1582. excusas observationes cum Ms[is]. contuli, ut specimen haberetur meæ solicitudinis quam publico præstare volui, quæq; Astronomos remorari possent, propter

1. Omissas dierum necessarias definitiones, unde observationes diei præcedentis sæpe ad-

scri-

ſcribuntur ſequenti, ſicuti pag. 2; ubi omittitur dies 23. Jan. ejusq; obſervationes: deinde eadem pagina prætermiſſa eſt dies 27. Feb. cujus eapropter obſervatio ad præcedentem vitiosè refertur.

2. Deinde ciphrarum ingentes errores, ut pag. 3. col. 1. lin. 53. pro 40. leg. 50. & pag. 8. col. 2. leg. 22. pro 47. nec non pag. 2. lin. 7. pro $28\frac{1}{4}$. leg. $18\frac{1}{2}$.

3. Signorum Zodiaci & Planetarum vitioſam tranſmutationem, ut pag. 5. col. 1. lin. 45. pro ⚹ legendum ♈; pag. 8. col. 2. ☽ pro ♀.

4. Tempora ſæpius male ſignata, ut pag. 3. col. 1. lin. 13. Hor. 3. pro Hor. 2.

5. Obſervationes non paucas neglectas, atq; ita confusè notatas, ut neutiquam ab invicem diſtingvi poſſint, ut pag. 2. col. 2. lin. 47. & pag. 3. col. 2. poſt lineam 7.

6. Quasdam obſervationes improprio ordine & loco conſignatas; ut obſervationes ☽ inter obſervationes ♀, pag. 7. col. 1. lin. quæ ad caput de Lunæ obſervationibus ſpectant.

7. Deniq; cautiones neceſſarias prætéritas, de Horologiorum celeritate cœli ſtatu, inſtru-

mentorum conditione & qualitate, quæ cuncta non parum ad observationum veritatem faciunt, vel earundem incertitudinem declarant.

Atq; ut non tantum universitati harum attendamus, verum etiam particulas debita lima persequamur, sequuntur ipsa errata Observationum Tychonicarum ANNI 1582.

Errata observationũ Tychonicarum ANNI M D LXXXII.

Pag. 2. colum. 1

post lineam 4. omiss. *Die 13. Jan.*

☉ oriebatur, Hor. 8. M. 13. per majus
M. 25. per minus.

lin. 7. pro 18¼. leg. 28½.

post lin. 9. omiss. *Die 21. Jan.*

☉ oriebatur Hor. 7. 30. incip.
32. med.
34. totus
debuit oriri. Hor. 7. 49.

post lin. 11. Omiss. *Sed Trigonicus Sextans non erat satis præcise adaptatus quia Sol prævemebat quasi opus. ☉ occidit in Majori Horologio Hor. 4. M. 18.*

de-

debuit autem occidere Hor. 4. M. 12.

Die 23. Jan.

	H. M, S.
☉ *per Majus Horol. incipit oriri* - -	7. 40. 20.
desiit oriri - -	7. 48. 10.
debuit oriri - -	7. 48. 0.
	G. M.
Altitudo ☉ *Merid. per Qvad. Min.* - -	17. 17.
per Sext. Trigon. - -	17. 17¾.

lin. 17. omissum: *Occidit* ☉ *Hor. 4. M. 18.*

debuit a. occidere, Hor. 4. M. 12.

post lineam 22. Omissum,

	H.	M.
Occidit juxta Horolog. maxim.	5.	2.
juxta minus -	4.	58½.
debuit occidere -	5.	4.

post lin. eandem omissum,

Proximè seqventi meridie Majus Horologium tardius ibat Min. 29. Minus verò tardius Min. 24. 27.

lin. 23. pro 59⅓. leg. 59⅔.

lin. 24. pro 59¼. leg. 59½.

lin. 29. post hæc verba: *Altitudo* ☉ *Merid.*

omiſſum *tam per Sextantem Trigonicum qvam per minorem.* *H.*

poſt lin. 30 omiſſ. *Occidit ☉ ſecundum Maj.* 5. 27.
ſecundum Minus. 5. 51.
debuit occidere. 5. 22.

eadem lin. 30. debebant hæc conjungi quæ diverſis locis leguntur. *Centrum ☉ erat in Horizonte Hor.* 5. *Min.* $26\frac{2}{3}$.

lin. 34. omiſſum ἐν πλάτει *propter pinnacidiorum defectum*

lin. 36. pro 49. leg. 48.

lin. 37. pro *idem* 29. $21\frac{1}{2}$. leg. *Altitud. ☉ per Sextantem Trigonicum* 29. $11\frac{1}{2}$.

poſt lineam eandem, omiſſum:

per Qvadr. minorem 29. 10. *atq; hæc poſterior fuit melior, nam in Trigono ejusq; Alhidada aliquid adhuc deſiderabatur, qvod die ſeqventi emendatum eſt.*

poſt eandem omiſſum.

Die 27. *Februar.*

quo ſpectat ſequens obſervatio Alt. ☉ Merid. 29. 33. 30.

hoc etiam omiſſum: *tam per minorem qvadrantem qvam per Sextantem Trigonicum.* lin.

lin. 40. pro 22½. leg. 22. 16½.

41. pro 39. leg. 30.

42. pro 33, 26. leg. 35. 26.

ead. pro 5. leg. 42.

48. pro 1. 4. leg 3. 4.

49. pro 6½. leg. 45½.

56. omissum: *Notandum tamen qvod Solis radii fuerint hac die non satis fortes, eò qvod is semper à Meridie in rariusculis versaretur nubibus.*

Pag. 2. colum. 2.

post lin. 14. omiss. *seqvente Meridie insensibiliter aberrarunt Horologia, non tamen fuit satis serenum, visusq; est sol per rimulas.*

lin. 19. pro 53¾. leg. 53½.

lin. 20. pro 622. leg. 62240.

Resp. 31. *Part.* 53.55.

22. pro *Qvadratis* leg. *Qvadrantis.*

28. pro 20. 25. leg. 30. 25.

post lin. 39. omissum, *Hor.* 5. *min.* 51. *medium Solis occidebat.*

lin. 40. pro 41½. leg. 41¼.

eadem lin. omissum: *per minorem* 32. 41½.

lin.

lin 42. pro *instrumenta* leg. *utraq; instrumenta.*

46. pro 33. 19. leg. 33. 10.

pro 52. leg. 52½.

lin. 47. & 48. transponendæ. verba hæc: *non satis bona* subjungantur lineæ 48.

lin. 49 pro 44. 44. leg. 3. 44.

58. pro 52. leg. 23.

Pag. 3. colum. 1.

lin. 13. omissum, *Hor.* 3. adeo ut pro *Hor.* 2. 2. 40. leg. *Hor.* 3. *M.* 2. 40.

post lin. 16. omissum, *sequenti meridie Horologium majus tardius ibat* 1. 35.

lin. 36. omiss. *Hor.* 3. & pro *Hor.* 2. 1. 20. leg. *Hor.* 3. 1. 20.

lin. 40. pro 12¾. leg. 12⅔.

53. pro 50. leg. 40.

eadem linea desunt sequentia:

Hor. 2. 12. 45. *Azim.* ☉ 41. 0. *Altitud.* 34. 26.

16. 25. 42. 0. 34. 5.

Post transitum ♀ *in Meridiano*

Hor. 2. 46. 24. *Azim.* ☉ 50. 0. *Altit.* 31. 2½.

50. 23. 51. 0. 30. 26.

54. 54. 52. 0. 30. 7.

pro-

proximè sequenti meridie Horologium majus celerius ibat 3. 50.

lin. 54. pro 44. leg. 41.

55. pro 3. 30. leg. 13. 30.

58. pro 36 36. leg. 36½.

Pag. 3. colum. 2.

post lin. 7. omissa sunt sequentia:

Hor. 2.	2.35. *Azim.* ☉ 39. 30.	*Alt.* 37. 16.	
2.	4.20.	40. 0.	37. 4.
2.	7.50.	41. 0.	36.46.
	2.40.15.	50. 0	33.36.
	2.44. 0.	51. 0.	33. 10.
	2.47.55.	52. 0.	32.43½. hæc non adeo bona.

post lin. 9. desunt:

Hor. 1.59.58.	*Azim.* ☉ 39. 0.	*Alt.* 38.59.	
2. 3.42.	40. 0.	38.39.	non satis certa
2. 7. 4.	41. 0.	39.19.	
2.39. 0.	50. 0.	35. 7.	
42.49.	51. 0.	34.43.	
46.40.	52. 0.	34.19.	

Die 9. Aprilis Hor. 7. 9. visus est nobis ☉ occidere.

post lin. 18. omiss. *Hor.* 7. 19. ☉ *occidere visus est.*

lin. 34. pro 10. leg. 6.

post eandem omiss. ☉ *occidere visus est* Hor. 7. 32.

Pag. 4. col. 2.

post lin. 12. desunt:

Die 20. Jun. manè.

Hor. 5. 11. 10. *Azimuth* ☉ *à Septentrione versus ortum* 66. 34.

Altitud. 12. 22⅔.

Hor. 5. 27. 17. *Azimuth* ☉ 69. 39.

Altitudo. 14. 30.

Horologium proxime seq. Meridie celeriùs ibat 3. 40.

lin. 34. pro 42. leg. 43.

lin. 38. abundat *minor* 40. 19. 0.

54. pro o. leg. 2.

Pag. 5. col. 1.

lin. 9. pro 17. 20. leg. 57. 20.

13. pro 54. leg. 30.

15. pro *Hor.* 8. 42. 35. leg. *Hor.* 8. 42. 35. *per majus.*

23. Non leguntur hæc verba: *Distantias* ☽ *&* ♀ *require infra in observationibus* ♀ ideo deberent ad differentiam alio charactere exprimi.

post

post lin. 24. deest sequens observatio, quæ nec inter observationes ♀ reperitur.

Die 24. Hor. 8. 30. *inter limbum* ☽ *illuminatum & ♀, part.* 18. *M.* $7\frac{1}{2}$, *erat tunc* ☽ *admodum vicina occasui, nam occidebat* Hor. 8. *M.* 35.

lin 25. abundat: *cum esset* ☽ *in* 90.
lin. 34. pro *eo* leg. *ea*.
45. pro ♈ leg. ♓.
50. pro ♈ leg. ♓.
52. pro 24. leg. 20.

Pag. 5. colum. 2.

lin. 1. Titulus hic, Distantiæ ☽ à ☉ supra secundam numerorum seriem esset scribendus; reliqva hac ratione.

		Distant. ☽ *&* ☉.		*Azimuth.*		*Altitud.*	
Hor. 2.	50.	39.	4.	12.	7.	47.	43.
	$57\frac{1}{2}$.	39.	$7\frac{1}{2}$. vel 8.	14.	52.	47.	25.
3.	0.	39.	9.	15.	50.	47.	22.
3.	$2\frac{1}{2}$.			16.	36.	47.	15.
3.	4.	39.	11.	17.	19.	47.	11.
3.	[illegible]	39.	12.				
3.	15.	39.	15.	20.	35.	46.	47.
	20.	39.	18.	22.	41.	46.	34.

C 2 Di-

Distantia ☉ & ☽.

Hor. 3. 30. 39. 22.
33. 39. 24.
35. 39. 25.

Nota. Azimuth ☽ *sunt in limbo ipsius occidentali, altitudines per Medium.*

Sic & observationes distantiarum altitudinis & Azimuthorum post seq. lin. 50. vitiosè ordinata leguntur.

lin. 3. pro $47\frac{1}{4}$. leg. $37\frac{1}{4}$.
8. pro $7\frac{1}{2}$. *vel* leg. $7\frac{1}{2}$. *vel* 8.
ibid. pro 37. leg. 47.
post lin. 9. interponendum:

Azimuth. Altitud.
Hor. 3. $2\frac{1}{2}$. 16. 36. 47. 14.

lin. 10. delendum *Hor.* $2\frac{1}{4}$.
lin. 11. delendum 16. 36. 47. 15. nam illius temporis Azimuth & Altitud. ☽ non exstant in Mso.
lin. 16. pro 55. leg. 35.
lin. 33. pro 1. leg. 51.
lin. 34. pro *surgente* leg. *vergente*.
lin. 51. pro $13\frac{1}{4}$. leg. $13\frac{1}{2}$.
lin. 52. pro $5\frac{1}{2}$. leg. $9\frac{1}{2}$.

ca-

eadem pro $12\frac{1}{2}$. leg. $12\frac{1}{4}$

Pag. 6. colum. 1.

lin. 35. pro *paulo post Hor.* 10. *M.* 10. leg. *paulo post Horam* 10*mam*. *M.* 10. alias dubia obſervatio.

lin. 51. omiſſum; *uſus ſum in obſervationibus, 25. Feb. majori Horologio.*

lin. 53. pro *circa* 90. *Gr. H.* 1. *M.* 39. *P.M.* leg. ☽ *tranſiit per* 90. *Grad. carens paralaxi longit. P. M. H.* 1. *M.* 40; *erat* ♈. *in Meridiano Hor.* 3. *M.* 20.

lin. penult. pro 23. leg. $22\frac{1}{2}$.

lin. ult. pro 47. leg. 49.

Pag. 6. colum. 2.

lin. 15. pro 5. leg. 50.

lin. 23. pro ☉ leg. ☽.

Pag. 7. colum. 1.


lin. 9. pro 35. leg. 33.

lin. 19. pro 90. *à Merid.* leg. *Meridianum.*

23. pro *notabat* leg. *nutabat.*


24. pro *Occaſum*, leg. *Occaſum & Septent. in hunc ferè modum*,

qvod vix absq; adjecta figura potest concipi.



26. pro *dixeris* leg. *direxit*.
29. pro *declinatio* leg. *inclinatio*.
32. pro *Linea ducta* leg. *sic linea ducta*.
lin. 36. pro *videre licuit*, leg. *licuit*, *idq; in hunc fere modum ut hic vides*,

qvod neq; ſine ſchemate ibi adpoſito
licet concipere,



Pag. 7. colum. 2.

poſt lin. 4. omiſſum : *Sed non multum fidendum eſt radio in his diſtantiis.*

lin. 27. pro 33. leg. 30.

poſt lin. 29. omiſſ. *poſt hæc obſervata ſunt Azimutha ☽ in limbo occidentali & altitudines in inferiori.*

lin. 49. pro 38. leg. 38.

57. pro *Hor.* 4. 42. leg. *Hor.* 4. 42. 45.

59. pro 9⅛. leg. 9. 0.

61. pro 51¼. leg. 51.

Pag.

Pag. 8. colum. 1.

lin. 2. pro 31. leg. 21.

ead. pro 7. leg. 17.

lin. 11. pro 79.43. leg. 79.43. *fere.*

lin. 26. non leguntur hæc verba: *hinc collige declinat. Latitud. parvi erat.*

post lin. 35. legitur. *Hor.* 10. 54 *Cor.* ☊ *à limbo* ☽ *occidentali* 8. 30. *Azimuth.* ☽. 28. 47. *Alt.* 44. 4.

post lin. 38. non legitur. *Ea hic fuit circa 90. gradum.*

Nota, die 5. Mart. H. 11. rursus non addit Altitudinibus unum Minutum ut antea, quod tamen non esse ulterius addendum, versus finem observationum diei 5. Martii primum monetur.

lin. 41. pro 10. leg. 10½.

45. pro 17. leg. 27.

47. pro 42. leg. 41.

48. pro 27. leg. 27½.

50. pro inferior, leg. *inferiori.*

post lin. 59. omiss. *Die 26. Mart. Hor.* 7. 13. 55. *alitudo superioris corpu* ☽ 26. 30. *cum* ☽ *ratione occidentalis limbi esset in 90. gradu.* *Hor.*

Hor. 7. 36. Azimuth occidentalis limbi ☽ *à Septentrione versus occasum: 85. 36. Altitud. super. Cornu, 23. 34.* Sed hæc habentur in observationibus impressis ♀ qvo tamen non spectant.

Pag. 8. colum. 2.

lin. 10. pro *Hor. 6. 10.* leg. *Hor. 4. 6. 10.*
20. pro ☽ leg. ♀.
33. pro 22½. leg. 12½.
43. pro *prostaphæresin* leg. *duplatam prostaphæresin utramq.*
47. pro 37½. leg. 27½.
49. pro 25½. leg. 26½.
54. pro 47. leg. 22.
56. pro *Hor. minus*, leg. *Hor. majus.*
antepen. pro 19. leg. 18.

Pag. 9. colum. 1.

lin. 3. pro 38. leg. 18.
7. pro 21. leg. 21. 50.
lin. 7. & 8. illa observatio hic alieno loco posita est.
lin. 28. pro *Hor. 2.* leg. *Hor. 2. 7.*

Pag. 12. colum. 1.

lin. 18. pro *majus* leg. *minus.*

19 pro *minus* leg. *majus*.
21. pro 66. leg. 46.
30. pro *occasum habens*, leg. *occasum* 27. 0. *habens*.
33. pro 41. 55. leg. 41. 15.
ult. pro 40. leg. 4.

Colum. 2.

lin. 4 pro 41. leg 40.
13. pro 23. leg. 43.
14. pro *majus* leg. *minus*.
19. pro 42. leg. 41.
28. pro *minus* leg. *majus*.
33. pro *Hor*. 8. 58. leg. *Hor*. 7. 58.
34. pro 57. leg. *Hor*. 8. 57.
post 40. omissum, *vento valido agitabatur semper Sextans*.
48. pro *Hor*. 9. 52. leg. *Hor*. 8. 52.
57. pro *Hor*. 14. leg. 14.
58. pro *Hor*. 18. leg. 18.
59. pro *Hor*. 23. leg. 23.
ult. omiss. *rursum obscurius cœlum*.

Pag. 13.

Pag. 13. colum. 1.

lin. 1. 2. 3. &c. ad lineam 16. *observationibus his* 14. *in Ms. præfixum est vocabulum* majus.

29. pro 45. o. leg. 54. o.

36. omissum *in diluculo vespertino.*

45. pro ♀ *à prima* ♈ leg. ♀ *à prima* ♈ *in consequentia.*

48 pro *& ocul.* ♈ leg. ♀ *& ocul.* ♉.

ibid. pro $44\frac{1}{2}$. leg. $43\frac{1}{2}$.

antepenult. omissum *per radium.*

Col. 2. lin. 7. pro 14. leg. 14. 30.

à lin. 24. præfigitur vocabulum *Majus* tredecim observationibus sequentibus.

lin. 48. pro 88. leg. 38.

53. non legitur vox hæc in Ms°. *dubia.*

Pag. 14. col. 1.

29. 30. } non leguntur in Ms°.

37. pro $3\frac{1}{2}$. 40. leg. 31. 39.

48. pro *hic* leg. *hinc.*

52. pro P. 3. leg. P. 31.

penult. pro *qualitatem* leg. *quantitatem.*

Pag. 14. colum. 2.

lin. 34. pro *Hor.* 3. leg. *Hor.* 2.

post 44. omissum. *Hor.* 3. 43. 5. ♀ *Azim.* 19. 34. *Alt.* 48. 6.

50. pro 88. leg. 28.

Pag. 15. colum. 1.

lin. 13. *Abundat* Altitudo ⊙ 10.

15. pro 7. leg. 17.

20. pro 5. leg. 50.

29. pro 51. leg. 51½.

30. pro 41. leg. 41. 30.

42. pro *Meridiano* 50. 18 leg. *meridiano habens alt.* 50. 18.

43. jungenda *Hor.* 2. 47. 55. addendum *ut heri.*

44. pro 35. leg. 25.

48. pro 32. 2. leg. 32. 2. *fere.*

51. Omiss. *tres posteriores observ.* sc. tres posteriores notantur non esse satis bonæ.

52. addendum *ferè.*

Colum. 2.

lin. 1. Min. 10. in Ms. sunt deleta.

Pag. 15.

Pag 15. colum. 2.

lin. 12. delendum *Deinde*.

17. pro *Hor*. 2. 55. leg. *Hor*. 2. 35.

56. pro 58. leg. 58. 30

57. pro 43. 55. leg. 45. 55.

ultim. non legitur *verè* 7. 40.

Pag. 16. column. 1.

lin. 12. & 13. Abundat *Hor*. 5. *M*. 12. *fuit itaq; probabiliter in altitud. visa* 5½. *dist.* 45. 51½.

28. pro *in occasum* ☉ leg. *in occasum* ♀, ☉.

36. pro 24. 84. leg. 24. 48.

penult. pro 32½. leg. 42½.

Col. 2. lin. 18. Omissum *Hor*. 3. 5. *distabat* ♀ *à centro* ☉ 52. 57.

& verba quæ seqvuntur de hac observatione intelligenda.

26. pro *propter nubes* leg. *propter raras nubes*.

27. Omissum, *per Sextantem Trigonicum*.

48. Abundat *Altitud*. ☉ *vera*.

Pag. 17. colum. 1.

lin. 10. pro *Hor*. 7. 39. leg. *H*. 7. 39. 56.

D 3 34. pro

34. pro 3 1. leg. 3 1½.

post lin. 44. Deest, *H r.* 8. 12. *Venus à lucida Plejadum* 5. 37. *Azimuth.* ♀ 84. 51. *Alt.* 22. 32.

post lin. 60. Omissum, *non erat satis serenum cœlum.*

51. pro o ½. leg. o¼.

53. pro o. leg. o½.

54. pro o. ½. leg. o¼.

55. pro 8. ¼. leg. 8.

56. hæc verba; *fuit &c.* debent adscribi post lin. 50.

antepen. pro 9. 36. leg. 9. 36.

Pag. 17. colum. 2.

lin. 25. pro 42½. leg. 42.

27. pro 42. leg. 42½.

35. pro *H.* 9. leg. *H.* 8.

lin. 38. pro *Azim* ♀ 72. 52. *Alt.* 15 20. leg. *Azim.* ♀ 73. 43. *Alt.* 15. 20.

39. pro *Hor.* 9. 12. ♀ *ab eadem* 49. 56. leg. *Hor.* 9. 8. ♀ *à prim. Cassiop.* 49. 56.

40. pro

40. pro *Azimuth.* ♀ 71. 47. leg *Azimuth.* ♀ 72. 52.

lin. 41. pro *Hor.* 9. 20. ♀ *à stella in flexur. Cassiop.* 49. 57. leg. *Hor.* 9. 12, ♀ *ab eadem* 49. 57.

lin. 42. pro *Azimuth.* ♀ 70. 35. leg. *Azimuth.* ♀ 71. 47.

lin. 43. pro Hor. 9. 25. ♀ *ab eadem.* 45. 35. leg. Hor. 9. 20. ♀ *à stella in flexura Cassiopeæ* 45. 35.

lin. 44. pro *Azimuth.* ♀, 69. 33. *Alt.* 13. 10½. leg. *Azim.* ♀, 70. 35. *Alt.* 13. 10½.

lin. 45. pro Hor. 9. 29. ♀ *ab eadem* 45. 34 leg. Hor. 9. 25. ♀ *ab eadem* 45. 34.

lin. 46. pro *Azim.* 68. 32. *Alt.* 11. 55. leg. *Azim.* ♀ 69. 33. *Alt.* 12. 24.

lin. 47. pro Hor. 9. 33. ♀ *à schedir Cassiod.* 44. 59½. leg. Hor. 9. 29. ♀ *adhuc ab eadem* 45. 34.

post lin. 47. omiss. *Azimuth* ♀ 68. 32. *alt.* 11. 55.

lin. 48. pro Hor. 9. 37. ♀ *ab eadem* 44. 59½. leg. Hor. 9. 33. ♀ *à schedir Cassiopeæ* 44. 59½.

lin.

lin. 51. pro Hor. 4. 58. leg. Hor. 2. 41. 58.

Pag. 18. colum. 1.

lin. 5. pro Hor. 9. 20. leg. Hor. 8. 14.

7. pro Hor. 8. 25. leg. Hor. 8. 36.

9. pro 36. leg. 39.

23. pro 37. leg. 32.

24 addendum juxta ſenſum Msi. *ſequentium;* nam ad tres illas quæ præcedunt verba illa non pertinent, ſed ad ſequentes.

49. pro 47. leg. 48.

ult. pro 76. 19. leg. 69. 43.

Col. 2. lin. 2. abundat *Alt.* ♀ 13½.

18. (*Diſtabat ♀ à lucida plejadum per radium* o. 46.) hic delenda & poſt lineam 22. reponenda, nam pertinet illa obſervatio ad Hor. 8. 37.

30. pro *Hor.* 18. 30. leg. *Hor.* 9. 18. 30.

51. pro ♀ *à Centro* ☉ leg. Hor. 2. 21. ♀ *à Centr.* ☉.

55. pro 42. 44. leg. 42. 44. *ferè.*

57. pro Hor. 5. 16. leg. Hor. 4. 10.

59. De-

59. Deest *post Meridiem.*

Pag. 19. col. 1.

lin. 8. Verba hæc: *Hic correctius &c.* ponenda sunt post lin. 13. infra H. 7. 13. 55.

9. Abundant *Cum tribus his temporibus postremis 1. celerius iVisset.*

11. *Hor.* 7. 13. 55. ☽ *in* 90. *&c.* pertinent ad observationes ☽ ubi omissa.

12. pro *alt. sup. corn.* 62. 30. leg. *alt sup. corn.* 26. 30.

19. pro 47. leg. 49.

53. 54. ~~57. 58. 59.~~ ☉ observationes suo loco exclusæ hic in gratiam ♀ interpolatæ.

col. 2. lin. 13. pro 7. 45. 5. leg. 7. 48. 5.

32. pro 46. leg. 46½.

36. pro 0 leg. 40.

51. pro 33⅓. leg. 33½.

57. pro 40⅓. leg. 40.

post lin. antep. omissum *Hor.* 2. 44. 17. *fuit ♀ in Azimuth à merid. versus Occas.* 4. 0. *Hor.* 2. 51. 4. ♀ *in Azim.* 6. 0.

lin. ult. addendum *mediocriter bona*.

Pag. 20. col. 1.

lin. 1. pro 4'. leg. 40''.

2. tota abundat.

4. abundat.

7. omissum, *sequentes hæ fuerunt satis exquisitæ.*

lin. 9. pro 30. leg. 2.

11. pro 1. leg. 39.

21. pro *Azim.* 71. leg. *Azim.* ☿ 71.

35. Addendum. *videtur autem hæc propter refractionem radiorum* ☿ *prioribus dissimilis.*

39. pro ☿ leg. ♉.

42. Abundat *hinc declinatio* 25'. 13''.

col. 2. lin. 23. pro 9. *G.* 2. *M.* 22. leg *quasi G.* 2. *M.* 22.

27. pro *diurno apprime* leg. *diurno* ♀ *apprime.*

38. pro 19. 57½. leg. 18. 57½.

46. pro 39. 9. leg. 37. 9.

49. pro *appropinquitatem* leg. *appropinquationem.*

51. pro

51. pro $37\frac{1}{3}$. leg. $37\frac{1}{6}$.
55. pro *bonæ* leg. *bona*. } in Ms. *bona hæ duæ*
56. abundat *hæ*.
57. pro *duæ* leg. *bona*. } de H. 8. { 44. 50. intellig.

Pag. 21. col. 1.

lin. 1. pro 39. leg. 32.
12. pro 17. leg. 23.
13. pro *bonæ* leg. *bona*.
lin. 17. & 18. *transponendæ*.
20. pro 13. leg. 12.
36. 37. 38. tres obſervationes ☉ inter ſuas omiſſæ hic ponuntur.
lin. 39. pro *Hor*. 4. 26. 0. leg. *Hor*. 2. 26.
48. pro 4. leg. 40.
50. pro 50. leg. 55.
48. 49. 50. tres ☉ obſervationes alieno loco poſitæ.
52. pro *Marchab* leg. *meridie habens*.
55. pro *diſtabat* ♀ & ☿ leg. *Hor*. 7. 37. *diſtabat* ♀ & ☿.
eadem. pro $20\frac{1}{2}$. leg. $20\frac{1}{4}$.
57. pro 19. leg. 18.

col. 2. lin. 18. abundat *bona*.

lin. 43. pro 52. leg. 53.

45. pro 33. leg. 32.

lin. 54. & 55. sunt transponendæ & legend. *Hor*. 7. 35. *Azim*.♀ 83. 0. *Alt*. 27. 0. *hæc est melior &c*.

Pag. 22. col. 1.

lin. 5. pro 53. leg. 53½.

8. pro $2\frac{2}{3}$. leg. $1\frac{2}{3}$.

17. pro 44. 77. leg. 44. 27½.

18. pro 34. leg. 24.

32. omissum *mane*.

lin. 44. pro 5. leg. 5. 55.

Circa finem hujus columnæ iterum sex observationes ⊙ positæ sunt. Et columna 2. post lin. 2. in Ms extat alia observatio ⊙ quæ utrobiq; est omissa.

col. 2. lin. 2. pro 2½. leg. 21½.

lin. 20. pro 85. 0. leg. 75. 0.

26. Omissum *mane*.

58. dubium an legendum *Azim* ♀ 72. an 71.

59. pro

59. pro 15. leg. 51.

Pag. 23. col. 1.

lin. 4. & 5. non habentur in Ms°.

lin. 6. pro 35. leg. 34.

lin. 11. pro 2. leg. *eadem statim repetita.*

13. pro 32. leg. 33.

17. omissum 25. *sc.* pro 50. leg. 50. 25.

Hic alia in Ms° invenitur ⊙ observatio, quæ nec hic nec suo loco posita est.

18. pro 58. leg. 58. 12.

19. pro *Hor.* 7. 3. leg. 8. 2.

20. pro 7. 6. leg. 8. 6.

lin. 37. pro 22. 10. leg. 32. 10.

52. pro 77. leg. 57.

ead. pro 73. leg. 43.

58. pro 43. leg. 43½.

col. 2. lin. 16. pro 24. *April.* leg. 14. *April.*

21. pro 52. leg. 53.

23. pro 5. leg. 55.

24. *bonæ hæ sunt quoad latitudinem* lege *Bonæ* de duabus ultimis, *Hæ sunt*

 quo-

quoad latitudinem, de omnibus tribus, interjecto puncto.

31. verba hæc: *hæ duæ sunt meliores*; referantur ad observat. lin. 30. & 28.

37. pro 22. leg. 32.

42. verba illa: *paulo latiores &c.* referantur ad observationes lin. 40. & 41.

59. 60. 61. 62. pro 20. 46. leg. 10. 46. sed videtur rectius 20. ita enim antea & post observat.

Adhuc alia ⊙ utrobiq; omissa.

Pag. 24. col. 1.

lin. 13. pro 13. leg. 3.

19. omissum ♀ *à lucida in humero Erichthonii.*

50. Omiss. *hæ omnes observationes factæ sunt per horologium majus.*

55. abundat *per Q. minor.*

col. 2. lin. 6. Abundat. *Horolog. hic 3½. M. tardius justo movebatur.*

lin. 17. pro 20. leg. 20½.

post

post eand. Omissum, *Hor.* 10. 15. ♄ *à sinistro humero* ♒ 22. 20.

lin. 20. pro *H. M.* 59. 35. leg. *H.* 9. *M.* 59. 35.

21. abundat *per Q Minorem.*

22. abundat ♃ *præterierat* ☍ ☉ *quasi spatio menstruo.*

30. pro *Hor.* 11. 32. leg. *Hor.* 11. 32. 15.

38. pro 16. 27. leg. 16. 17.

Pag 30. col. 1.

lin. 7. Omissum, *Hor.* 4. 7. *stella polaris in meridiano.*

NB. Tempora non rectè observationibus adscribuntur, sed ea quæ in Ms°. columna dextra notantur sunt juxta correctionem Horologii & medium inter tempora notata columna sinistra, motu utriusq; horologii.

lin. 11. Abundat *Hor.* 4. 7.

13. pro 45. leg. 43. 45.

post eand. omissum *facit fere Hor.* 5. 21.

24. pro 47. leg. 47.

lin. 29. pro *minoris* leg. *plaustri minoris.*

46. pro 24. 55. leg. 3. 40. 50. pro

50. pro *Altitudo* leg. *Altitudinem.*
ult. pro *N.utibus* leg. *hæc observatio in nubibus.*

col. 2. lin. 13. Omissum *per minus.*
14. omissum *per majus.*
ibid. pro 38. 54. leg. 39. 13. 35.
Omissum *sinister pes ♉ habuit altitud. merid.* 38. 54.
24. pro 38. 23. leg. 58. 23.
32. delenda.
35. Omiss. *Majus Horol. monstrabat Hor.* 8. *m.* 10. *minus verò H.* 8. 12.
45. pro *Hor.* 5. 32. 32. leg. *Hor.* 5. 32. 10.
46. pro 16. 18. leg. 26. 18.

Pag. 31. colum. 1.
lin. 23. pro 2. *Magn.* leg. 3. *magnitud.*
ead. pro 33. leg. 32.
32. pro *in ☊ capite* leg. *quarta in exuvio ☊ à capite.*
lin. 34. pro 38. 11. leg. 35. 11.
36. pro 31. leg. 21.
54. pro 39. 55. leg. 39. 5.

col. 2. lin. 16. pro *Majus* leg. *minus.*

24. pro

24. pro 17. leg. 27.
37. abundat *tantum*
46. pro $13\frac{1}{2}$. leg. $13\frac{2}{3}$.

Pag. 32. column. 1.

lin. 3. pro *stellæ* leg. *sellæ*.
4. pro 25. leg. 24.
8. pro $10\frac{1}{2}$. leg. $10\frac{1}{4}$.
9. pro *min. Pellib.* leg. *Majus. Pes.*
14. pro *Cassiopeæ & invicem* leg. *Cassiopeæ ad spicam & invicem.*
18. pro *Altitudo* leg. *altitudinem minimam*
29. pro 4. leg. 40.
31. pro $25\frac{1}{2}$. leg. $25\frac{1}{3}$.
42. pro *recedit in* leg. *respicit in.*
43. Omissum *gr.* 54. *M.* 30.

col. 2. lin. 1. pro *Alt.* leg. *alt. per qvad. minor.*
24. pro *in ejusdem* leg. *in ingvine ejusdem*
26. pro 25. leg. $25\frac{1}{3}$.
38. pro 24. leg. $24\frac{1}{2}$.
39. pro 53. 24. leg. 33. 25.
40. pro 12. leg. 32.
41. pro 12. leg. 32.

47. pro 36. 22. leg. 56. 22.

49. legitur etiam in Ms°. *per Majorem Q.*

51. Omissum *Meridianum Ceti.*

55. pro *genu sinistrum* leg. *genu sinistrum* ♌.

58. 59. Abundant, *temerè repetitæ.*

61. pro 47. leg. 48.

Pag. 33. col. 1.

lin. 3. pro $30\frac{1}{2}$. leg. $30\frac{1}{4}$.

5. pro 17. leg. 37.

9. pro *H.* 3. 52. leg. *H.* 2. 52.

15. pro *Hor.* 8. leg. *Hor.* 4.

19. pro *sinistra in Azim.* leg *sinistra Ophiuchi in Azim.*

27. pro 53. 53. leg. 53. 0.

54. pro 50. 40. leg. 58. 40.

56. pro *lineam* leg. *linea.*

col. 2. lin. 27. pro 39. 14. leg. 44. $55\frac{1}{2}$.

28. pro 39. 14. leg. 44. $55\frac{1}{2}$.

lin. 37. pro 48. 30. leg. 30.

41. pro *in me habuit* leg. *in mer. Septent. habuit.*

48. pro $46\frac{1}{2}$. leg. $46\frac{1}{4}$.

Pag. 34.

Pag. 34. column. 1.

post lin. 3. Omissum. *Prima in Cassiopea sive suprema sellæ habuit in meridiano altitudin. per Quad. Maj.* 22. 47½. *per Q. min.* 22. 48½. *Die* 16. *Februarii mane.*

lin. 5. Omiss. *aut ad summum* 57. 40.

20. pro ¾. leg. ⅓.

22. pro ½. leg. ¾.

31. pro ⅔. leg. ⅓.

33. pro *procedens* leg. *præcedens.*

55. pro 57½. leg. 57.

46. pro *juxta* ♌ leg. *juxta armum* ♌.

59. pro *bonum* leg. *bona.*

60. pro 72 7. leg. 70. 2.

penult. pro 27. *Febr.* leg. 22. *Febr.*

ultim. Omissum. *erat calx pedis* ♊ *in meridiano.*

col. 2. lin. 1. pro *Canis major*, leg. *Hor.* 7. 28. 10. *per majus, Canis major.*

7. pro 51. leg. 52.

27. pro *Chela borealis habuit*, leg. *borealis trium in fronte* ♏ *habuit.*

31. pro *versus occasum* leg. *versus ortum.*

33. pro 39. leg. 37.

40. pro ♏ leg. ♍.

41. pro ♏ leg. ♍.

post 46. omissæ aberrationes horologiorum.

47. pro 15. *Feb* leg. 25. *Feb.*

49. pro *versus ortum* leg. *versus occasum.*

penult. verba hæc *observationum distantiis &c.* non habentur in Mso.

Pag. 35. colum. 1.

lin. 12. pro *sinister* leg. *dexter*.
20. pro *dextri* leg. *sinistri*.
15. Abundat *non satis bona*.
37. pro 15. 0. leg. 12. 50.
38. pro 35. leg. 35½.

Pag. 35. column. 1.

lin. 39. pro *sinister* leg. *dexter*.
53. pro 36. leg. 26.

col. 2. lin. 4. pro 38. leg. 48.
5. pro 46. leg. 40.
6. pro *dexter* leg. *sinister*.
8. pro *dexter* leg. *sinister*.
12. pro 23. leg. 43.
17. pro *dexter* leg. *sinister*.
45. pro 24. leg. 24½.

Pag. 36. column. 1.

7. pro *dexter* leg. *sinister*.
22. pro *dexter* leg. *sinister*.
27. pro *versus ortum* leg. *versus occasum*.

eadem pro 76. leg. 86.

lin. 30. pro *versus* leg. *versus occasum*.
39. pro *dexter* leg. *sinister*, ita & lin. 44. & lin. 57.
45. pro *Hor*. 3. leg. *Hor*. 10.
47. pro 0. leg. 1.

post

post lin. 60. omissum *hæc observatio non satis bona propter vicinitatem auroræ.*

ultim. pro *à merid.* leg. *Sept.*

col. 2. lin. 2. pro 2. 20. leg. 2. 29.

4. pro 10 leg. 10¼.

14. abundat. *Die* 30. *Mart. manè.*

15. pro ♌ leg. ♍.

17. pro ♏ leg. ♍.

post lin. 19. Omissum, *Australis lanx* ♎ *habuit altitud. per Quad. Maj.* 19. 53.

33. Omissum, *die* 2. *Aprilis. Hor.* 8. 21. 50. *cor* ♌ *transivit meridianum. Altitudinem per splendorem* ☽ *capere non licuit.*

37. Omissum. *Hor.* 3. 30. *transivit caput Herculis meridianum.*

post hanc, omissum *Hor.* 8. 17. 46. *cor* ♌ *in meridiano habuit alt.* 48. 4. *hinc potes verificare tempora.*

43. pro *majorem* leg. *minorem.*

post hanc omissum, *die* 16. *Aprilis.*

47. pro 9 leg. 9. *ad summum.*

post eandem, omissum, *die* 5. *Octob. per quadrantem muralem.*

Os pegasi habuit in merid. alt.	42. 7½.
Humerus dexter aquarii	31. 49.
Caput Pegasi - - -	38. 18.
Lucida colli - - - -	42. 49½.

primæ in ala Pegasi. 47. 8¾. *non satis certa propter raras nubes.*

Pag. 37. column. 1.

24. 25. 26. abundat ☽ obſervatio alieno loco poſita.

ead. pro *tamen* leg. *tantum.*

47. pro 7½. leg. 7⅓.

col. 2. lin. 5. pro *repetendo huic fide* 54. 36. leg *repetentendo exacte, huic fide* 54. 35½.

13. pro 15. leg. 14.

22. abundat *per △ Sextant.*

23 pro *bona habuit* leg *ſaltem.*

poſt eand. deeſt *per Sextantem Trigonicum.*

26. pro *meridiana,* leg. *meridionalem.*

28. pro 39¼. leg. 39¾.

29. 30 31. pro ♏ leg. ♍.

30. pro 53. 3½. leg. 44. 2½.

32. pro 35. 7. leg. 35. 2.

35. pro *extremam* ♊ leg. *extremam in pede geminorum.*

39. pro 21. 14. leg 21. 14.¼.

poſt eand. Omiſſ. *eadem repetita* 21. 14.

poſt lin. 41. Omiſſ. *Die* 21. *Jan.*

42. *pedis* ♊ leg. *inferioris* ♊.

43. pro *pedis* ♊ leg. *inf.* ♊ 25. 55.

48. pro

48. pro 24. 40. leg. 24. 40. *fere.*
51. pro *non est satis bona* leg. *prior harum non est satis bona &c.*

Pag. 38. column. 1.
lin. 3 & 4. addendum *bonæ.*
lin. 8. & 9. addendum *bonæ.*
20. pro *Cor* ♊ leg. *cor* ♌.
32. pro 39. 2½. leg. 39. 26½.
38. pro 53. 53½. leg. 25. 53½.

columna 2.
lin. 16. pro *minimum* leg. *nimium.*
35. pro *inter caput* ♈ & leg. *inter caput arietis & Scheat.*
45. pro 46¾. leg. 46¼.
51. pro *eandem Cygni*, leg. *Caudam Cygni.*

Pag. 39. column. 1.
lin. 18. pro 10. 40. leg. 19. 4 ...
23. pro *inter caput Adromedæ* 14. 10¾. leg. *inter caput Andromedæ & Scheat Pegasi* 14. 10¼.
lin. 34. addendum *ferè.*
40. pro 53. 42½. leg. 53. 42⅔.
52. pro *manum* leg. *manum Antinoi.*
55. pro *sinister Ophiuchi*, leg *sinistrum humer. Ophiuchi.*

col.

col. 2. lin. 5. addendum *bis*.
7. pro *Caudam aqvilæ* leg. *caput aqvilæ*.
20. pro 46. 13. leg. 16. 13.
28. pro 51¾. leg. 51⅓.
44. pro 2½. leg. 3½.

Erratorum editarum Obſervationum Anni MDLXXXII. TYCHONIS BRAHE

FINIS.

